



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Sacra-||mento Evcharistiae,|| contra Oecolampadium,  
opusculum:||**

**Clicthove, Josse**

**Coloniae, 1527**

**VD16 C 4208**

Corpus Chri[sti] uere in Eucharistia praesens: recte & ostentari fideli  
populo, & circumferri & reseruari ipsum q[ue] esse salutare sacrificium:  
quod deo quotidie pro nobis offertur. IX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30220**

## DE SACRAMENTO

nobis incarnatus & passus, per sacramenta nouæ legis manifestatus: dat salutem. Quod plane inter pretamentum: falsum est & absurdum. Nam illis uerbis ipsi patres nostri explicare uolunt, peculia rem quædam efficaciam conferendæ salutis: sub eo & a deo sacramentis esse collatam. Rursum secundum propriam sacramentorum rationem qua utitur ecclesia cum septem astringit nouæ legis sacramenta: non est admittendum, quod Christus est nostrorum mysterium, & sacramentum: sed est ipsorum sacramentorum dominus, & autor. Et quæuis ipse sine symbolis externis, signisque sensibilibus: absolute præstare posset hominibus salutem, ut sine baptismo aquæ, & sine Eucharistiæ perceptione: secundum leges tamen ad eum prouide positas & nobis declaratas, nunquam sine illis salutem æternam daturus est, quoniam uult nos corporales, per signa etiam corporalia: ad spirituales uitam promoueri. Demum quæ in quarto præcedentis libri cap. sunt dicta: multum etiam conferunt ad huius capituli clariorem elucidationem.

¶ Recte corpus Christi uere in Eucharistia præsens, & offerri fideli populo, & circumferri & reseruari. ipsumque esse salutare sacrificium, quod deo quotidie pro nobis offertur.

### Cap. IX.

I » **D**ECIMA tertia aduersarij obiectio. Est  
» & hoc fidelibus auditu graue, si dicitur  
» per Christum facta quæ sapientiam  
» eius non testentur: sed frustra &  
» absque utilitate compareant. Quod, nisi ita  
» ineptiret Christus: cuius omnia opera, in bonitate  
» & sapientia fiunt? Referant igitur, quid agat in praesentia  
» corporalis praesentia; quod absque illa, sacramen-

sum per se non possit. Referant aliquid uel añ man  
 ducatione; uel in manducatione. Et uideamus pri  
 mum, ante manducationem cōmendetur ne aliqd  
 amplius. Certe Christus dedit corpus ad mandu-  
 candum: non ad ostentandū, uel ad circumferendū,  
 uel ad reseruandum in arcis. Dicit. n. accipite & co-  
 medite. Non dicit: circumferte, ostendite, & reser-  
 uate. Hæc Oecolampadius. ¶ Responsio. Hic no-  
 uus prodijt in lucem Momus, reprehensorq; diui-  
 norum operæ: qui audeat deo dicere, cur ita facis?  
 Cuius tamen imperscrutabile sapientiam Iob con-  
 siderans: ait de eodem. Qui facit magna & inscru-  
 tabilia, & mirabilia: absque numero. Et rursus,  
 paulo post. Qui facit magna & incomprehensibi-  
 lia, & mirabilia: quorum non est numerus, Si re-  
 pente interroget: quis respondebit ei? uel quis dice-  
 re pote st: cur ita facis? Hæc ille. Sed intolerabilis  
 est hæc animi arrogantia: quæ opera domini haud  
 dubie in sapientia facta, tētat in ius uocare, & tan-  
 quam inutilia sugillare. Detestabilis itidem est tan-  
 ta mentis insolentia, ponens in cœlum os suum:  
 quam merito damnat Esaias, dicens: Quis adiuuit  
 spiritum dñi, aut quis consiliarius eius fuit, & o-  
 stendit illi? Cum quo inijt consilium & instruxit  
 eum, & docuit eum semitam iustitiæ: & erudiuit  
 eum scientia, & uiam prudentiæ ostendit illi? Im-  
 probat itidē eandē præsumptuosam temeritatem  
 & diuinus Paul. ita scribens ad Roma. O altitudo  
 diuitiarq; sapientiæ & scientiæ dei, q̄ incomprehen-  
 sibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uia eius.  
 Quis enim nouit sensum dñi: aut quis consiliarius  
 eius fuit? aut q̄s prior dedit illi: & retribuetur ei?  
 Ecce ubi pro tanto beneficio indultæ nobis sacro  
 sanctæ eucharistiæ; deberet Oecolampad. Christo

Mat. 26  
2

Iob. 5.

Iob. 9.

Esa. 40

Rom. II



## DE SACRAMENTO

illius munifico autori gratias agere, & alios ad habendam animi gratitudinem in tam beneficū muneris illius largitorem, prouocare: benefactorem amplissimum ipse insectatur, & beneficium se abnegat accepisse: ceterisque, ut ita faciant: persuadere nititur. Sed neminem uere fidelē pieq; in ea q̄ dei sunt affectum: mouere debent eius imbecillæ rationes, indultum nobis cœlitus eucharistiæ munus improbantes. Multum siquidem confert toti ecclesiæ, & magnam affert utilitatem ad ampliorem salutis fructum consequendum: corporalis Christi p̄ntia in eucharistia, quemadmodum ex obiectionum utilitates illas deinceps impugnantium dissolutione: liquido constabit. ¶ Et ut præsentī (q̄ mō prop̄osita est) cauillationi sua adhibeatur dilutio: primum illud repudiandum est, quod assumit aduersarius, ut puta Christum non dedisse corpus suum ad oñrandum, circumferendū uel reseruandū. Nam illa tria, cōsequentia sunt debitā ipsius manducationem. Vt. n. digne manducetur sancta Eucharistia: ostentari debet potissimū in ipso missæ officio, quo a circumstantibus reuerenter adoretur dignaq; ueneratione colatur. Quemadmodum B. pater Dionysius in tertio cap. suæ ecclesiasticæ hierarchiæ: scribit pontificem ex ritu apostolico ostendere debere populo astanti sacratissima mysteria, uenerādis adoperta signis. Huiusmodi aut̄ ostensionis sanctæ eucharistiæ ritus, in missæ officio obseruandus: oraculo etiā prophetico prænunciatus traditur in illo psalmi 71. loco. Erit firmamentum in terra: in summis montium. Vbi secundum celebres loci illius expositores: præsertim Nicolaum Lyranum, Iacobum Valentinum, & Paulum Burgensem: per firmamentū intelligitur fru-

Dionysius  
Ex 13. ca. li  
bri præce  
dentis.

Psal. 71.

Nic. Lyr.  
Iac. Valē.

mentū illud siue panis uiuus qui de cælo descendit & cor hoīs confirmat. Per montes uero ibidē accipiuntur sacerdotes: ob dignitatis suæ eminentiā Designat itaq; illud psalmographi uerbū: quod eucharistiæ sacramentū in celebratione mysterioꝝ erit in capitibus sacerdotū: per eleuationem. i. eius super eorū capita, in forma panis, & ostensionem illius populo astanti faciendam in sacrificio missæ Et idipsum plane figuratū phibetur Exodi uicesimo nono cap. ubi deus præcepit crustulā panis eleuari sup capita sacerdotū corā populo. Similiter Exodi uicesimo quinto & Leuitici uicesimo quarto cap. de panibus propositionis: ut annotat Iacobus Valentinus. **I**nsup ad ægrotos qui extremo laborant morbo, deferri debet hoc uenerabile sacramentū: ne sine salutari illo uiatico hinc decedāt Quare & reseruari honestis cōditorijs etiā debet eucharistia: ut cum exigit necessitas, parata inueniatur quæ ad infirmos deferatur. Sicut in codice decretoꝝ: de cōsecra. distinc. secunda, cap. presbyter. cautū est. in hunc modū Presbyter eucharistiā semp habeat paratā. ut quādo q̄s infirmatus fuerit: statim eum communicet, ne sine communione moriatur. Sic ibi. Itaq; ut in promptu habeatur eucharistia, quæ rite sumatur & cum decenti honore: hæc tria, ostentatio, circunlatio & reseruatō eiusdem, sunt apprime conducentia. Et quamuis non legatur Christum dixisse discipulis de corpore suo, ostentate illud, circūferetq; aut reseruate, ex eo tamen non probe colligas: ipsum illud non dixisse. Est enim illud hæreticis familiare argumentum dignum profecto quo a pueris rideatur Non legitur hoc fuisse dictum a Christo: ergo non dixit hoc Christus, cum multa ipse dixerit: quæ nō sunt scri

Paulus.  
Burgēsis.

Exod. 29.  
Exod. 25.  
Leuiti. 24

Multa  
Christū dixisse & fecisse: q̄ nō sūt scripta

## DE SACRAMENTO.

Ioann. 20.

ta. Eiusdem etiã formæ atque farina: est istud argumentandi schema. Nō legitur hoc fecisse Christus igitur illic nō fecit. Multa enim (teste euangelista) fecit Christus: quæ non sunt literis mandata. Rursum, sicut nō legitur Christus dixisse: quod ostentetur eucharistia, circumferatur & reseruetur, ita neq; dixisse legitur: quod nō ostēteretur, nō circumferatur, & nō reseruetur. Quare ea uia atque ratio: nō magis una pars proposita, q̄ altera probari potest. Demum non omnia quæ ad ritum tanti mysterij obsei uanda posteris seculis erant: tunc Christus apostolis in cœna explicuit. sed multa reseruaui:

Augusti.

postea magisterio spiritus sancti p̄ apostolos & eorū successor es ordinanda. Quemadmodū quod a ieiunio sumatur eucharistia: auctore spiritu sc̄to (ut ait Augusti. & adducitur illa eius sententia, de consecra. distinct. secunda. cap. liquido apparet) post Christi in cœlum abitionē, in ecclesia est cōstitutum. Esto igitur quod Christus non dixerit in ultima cœna, ostendendam esse eucharistiam populo, aut circumferendam aut reseruandā: postea tamen illud ab apostolis aut sequentibus eos ecclesie primis præsidibus, concilioꝝue decretis, mature institutum est & prouide: quod sacra ostēteretur eucharistia, quod circumferatur, & reseruetur. Quare quodq; illorū trium: diligenter & sedulo est obseruandum ab ecclesia. ¶ Decima quarta obiectio. Nonnulli commemorant & hanc presentie corporalis Christi in eucharistia causam: ne desit Christianis sacrificiū uel oblatio. Parē em̄ eis uideatur, pane simplicis creaturæ gr̄as agere: & creatorem ac datorem, sanctificatoremq; agnoscere, quemadmodum ueteribus morem fuisse comperimus. Verum nos scientes finem sacrificijs & obla-

EVCHARISTIAE II. 113

tionibus impositū, docente epistola ad Hebræos, unica oblatione consummari in perpetuū sanctificatos: asserimus, itery instaurare sacrificia, esse morte Christi irritare. In ueteri lege cōtētus erat deus sola non nunq̄ gratiarū actione: etiam si nihil immolandū adhibitū fuisset. Quid igitur prohibet: gratiarū actione etiamnum absq̄ pane deum colere; Hæc Oecolāpadius. ¶ Responso. In hoc cauillo cum probare nititur aduersarius, q̄ sacry Christi corpus nō sit nobis relictum in eucharistia, ob hanc inter ceteras rationē: ne desit Christianis sacrificiū & oblatio (q̄ sane ratio: & uera est, & religiose amplectēda) totus plane desipit: & a recto ueritatis aberrat calle. Nā finē sacrificijs antiquæ legis esse impositū, ingenue fatemur. necq̄ illa instaurare nitimur. Verū necesse est illis mutis formibus hostijs unū succedere nouæ legis sacrificiū quod omnīū ueterū sacrificiorū sit ueritas, & quod p̄tineat ad sacerdotiū Christi secundū ordinē Melchisedech. Illud aut̄ unicū & peculiare sacrificiū legis nouæ, maximeque omnium salutare: est sacratissimum Christi corpus & sanguis, in sancto missæ officio sub specie panis & uini oblatum. Vt ab unde monstrauius in secundo Antilutheri libro: capite decimo, & sex proxime sequentibus capitibus. & in primo Propugnaculi ecclesiæ libro: capite septimo. Eandem quoque ueritatem de uno nouæ legis sacrificio quod in missa offertur: diffuse & lucuenter elucidauit ac asseruit acerrimus. Lutharanæ factionis profligator, catholicaque fidei propugnator inuictus, Ioānes Eckius: in suo præclaro ope, de sacrificio missæ in scripto, cōpletente tres libros sup̄ ea materia æditos. Qui unus inter ceteros, ut alter Judas Machabæus pro ec-

Hebræ, 10.

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

Necessarium esse unū nouæ legis sacrificiū: sacerdotio Christi respondens.

Ioannes Eckius.

## DE SACRAMENTO.

clesiæ sanctæ defensione interritus seper stetit in a-  
ci e: & nō minus ore q̄ calamo, inimica deo agmi-  
na animose, prostravit. quod & adhuc quotidie in  
defessus ag't: militās assidue in castris dñi. Ad hoc  
Ex cap. 18 aut sacrificiū stabiliendū (sine quo, nec Christi sta-  
primi libri ret sacerdotiū, nec lex noua nec religio Christiana  
subsisteret) & quotidi rite offerendū, mag no pere  
necessaria est & cōducibilis, uera corporis Christi  
præsentiā in eucharistia. q̄ talē oblationē reddit au-  
gustissimā: & ceteris hostijs omnibus impropor-  
tionaligradu sublimiorē. Quod si simplicē & nudū  
Cap. 4. & panē offerremus in altari: nō esset illi oblatio quo-  
5. & 18. quo mō excellētior antiquæ legis hostijs (ut & in  
præcedente libro sepius est dictū) quod nouæ legis  
derogat dignitati. Porro illud beati Pauli uerbum  
Hebr. 10. de unica oblatione, qua Christus cōsummauit in  
æternū sanctificatus: accipiendū est de ea oblatio-  
ne, quam forma uisibili & omniū oculis obiecta  
seipsum obtulit in ara crucis deo patri in odorem  
suauitas. Quæ semel tantum facta est: & nunquā  
postea secundum eam formam & modum, repeti-  
ta. Ea uero oblatio eiusdem quidem corporis &  
sanguinis domini re ipsa atq; secundum substanti-  
am, alterius uero secundum qualitates & acciden-  
tarias proprietates: quæ quotidie fit in sacro mis-  
sæ mysterio, sub panis & uini speciebus: cōmemo-  
ratio est prioris illius oblationis, & a Christo fie-  
ri iussa in sui mēoriā Et hæc sæpius, imo quotidiana  
offic. in scta dei ecclesia repetitur: & ad cōsum-  
mationem usq; seculi (teste Paulo) frequētabitur  
I' corin. II. Sed de hac secundi generis oblatione, non facit in  
ea sententiā ad hebræos scripta) quam in præsentī  
cauillatiōe affert obiectans) sermonem sacer Pau-  
lus; neq; ad hanc, prædicta eius uerba sunt accom-



EVCHARISTIAE. II. III

modanda. **C**Insuper non refutandum est, gratiarum actionem interdum sine oblatione fieri posse ut precibus & uerborum protestatione. Verum non est huiusmodi solutio gratiarum quae sine oblatione fit: in supremo gratiarum actionis collocata fastigio cum sit illa longe eminentior & in altiore constituta culmine: quae oblatione exoluitur, & ea potissimum oblatione, qua nulla inuenitur superior. Ad agendas igitur digne gratias deo de tanta in nos beneficentia quam in sanctae eucharistiae collatione nobis impedit: quod congruentius exhibere ei possumus, quam ut illi idem offeramus munus, quod de manu eius accepimus. Ut ei dicamus libere: cum pietissimo rege Dauid: *Tua sunt omnia: & quae de manu tua accepimus, dedimus tibi.* Dicamus & cum sancta ecclesia in sacro missae officio. Offerimus praeclearae maiestati tuae: de tuis donis ac datis. Quinimmo & inter ueteris legis instituta, uariasque sacrificationum formas: specialis quaedam & peculiaris fuit hostia, diuina sanctione ordinata in gratiarum actionem deo exoluendam. De qua: in Leuitico textitur hic sermo. Si pro gratiarum actione oblatio fuerit: offerent panes absque fermento, conspersos oleo, & lagana azima uncta oleo, coctamque similam & collyridas, olei admixtione conspersas: panes quoque fermentatos cum hostia gratiarum, quae immolatur pro pacificis. Et rursum in alio eiusdem libri loco. Si immolaueris hostiam pro gratiarum actione domino, ut possit esse placabilis: eodem die comedetis eam. Non remanebit quicquam: in mane alterius diei. Sic ibi. Quo fit ut ad conuenientissimam gratiarum actionem deo de beneficijs humanae redemptionis exoluendam maiorem in modum sit utilis & congrua corporis Christi in eucharistia, presentia, & ita habeatur

I. par. 26

Leuit. 7.

Leuit. 22.

DESACRAMENTO.

7 in ecclesia, etiam hostia excellentissima pro grata  
 rum actione: quæ hostiæ veteri consimilis denomi  
 nationis, tanquam figuræ ueritas succedat. ¶ Por  
 ro quæ circa hunc libri sui locum: continentem,  
 eam (quæ modo diluta est) obiectionem, subiicit  
 aduersarius, satis longo uerborum contextu: errorum  
 & impietatis sunt refertissima, atq; ex Lutherana  
 officina deprompta, eorum tendentia: quod non sit  
 cuiquam agenda de peccatis commissis satisfactio  
 quoniam (ut ait) Christus in cruce pro omnibus sa  
 tisfecit. Quæ improba assertio: a nobis (ut cunque  
 potuimus) in tertio Antiutheri libro, capite deci  
 mo quinto est elisa ac conuulsa. Proinde præter  
 missis illis, tanquam indignis quæ recenseri debe  
 ant: ad alia progrediamur eliminanda & discutienda.  
 ¶ Quod ad cõplendâ Christi promissionē,  
 qua se nobiscum futuram dixit usq; ad consum  
 mationē seculi: & ad syncæriore ipsius in spi  
 ritu adorationē faciendâ, corpus eius in eu  
 charistia recte adesse asseritur. Cap. X.

¶ **D** Ecimaq; aduersarij obiectio. Ad  
 ducitur a nonnullis & alia ratio: ob  
 jicitur corpus Christi in eucharis  
 tia præses esse. s. ut compleatur eius  
 promissio: qua dicit se futurum nobiscum  
 usq; ad consummationē seculi: & ita non parum con  
 solationis relictum orphanis: scientibus sibi assiste  
 re regem & protectorem omnipotentem. Sed & hæc  
 ratio: friuola est & uana. Nam Christus se futurum  
 promisit nobiscum, uirtute sua inuisibili atq; gra  
 tia, spiritusq; efficacia: non corpore. Quæ admodum  
 ubi duo uel tres congregati fuerint in nomine eius  
 se in medio eorum fore dixit, non corpus suum

Mat. 28.

Mat. 18.